



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9 Vtrum sit eis communicandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

fidē, sic mīn? malū. Tum quia saltem filij eorū, si bene educarētur, in 3. & 4. progredirentur vere fideles. Ad eūdem autē habentur sequentes, sciendū est, quod cum timor mirum rationem voluntarij adeo ut ea, quae ex timore fiunt, liceat sine simpliciter voluntaria, sunt quodammodo involuntaria, & misericorditer vocantur, & sunt: & apud theologos, quae ex timore semel fiunt, ab aliq. charitate fiunt: & apud morales dicuntur, quod ordinem peccati mali committuntur, consequens est, ut coactio principum minis, & terroribus ad suspensionem fidei, non ad voluntariam omnino, sed semeliter voluntariam terminentur: hoc ad factum collegij, ut renetur hęc forma, quae suscipere sacramenta fidei voluntaria sunt. Prima autem sequentia parte ex communi hominum ratione. Rationabile quippe est, & ut in pluribus, quod minus, & terribus principij coacti sacramenta fidei suscipiunt, feruicē utriusque licet aliquis forte de necessitate facere iuraret, sed in humanis attendendum est, quod in pluribus inuenitur. Religiosi igitur ad meritum cogere fideles in omni rebus ab Ecclesia ad fidei, quia adherant voluntarij requirunt ad sacramenta adit. Ultra hoc, quod adherant ipsi facti fidei qui est credere, de cuius ratione est voluntarij, ut in littera dicitur. Quod sic intellige. Medium dicit esse coactionem & proportionem finis: sed credere est de genere voluntarij, & coactio per coactum, & est ut ad involuntarij, ergo. Pater Minor, quia id quod metu fit, quantum habet de metu, tantum habet de involuntarij, in cuius figuram nihil metus adesse, nihil involuntarij hic patere.

¶ Ad primum autē Scodis, quod in synodi duo continet, illud est principij, & prohibitionem facti, licet ex timore patet, quod non a probat facti, ac per hoc infirmat, quod

agro erāt zizania seminata, quaesierunt ab eo: Vis imus, & colligimus ea? & ipse respondit, Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis triticum. Vbi dicitur Chrysof. Hęc dicit Dominus prohibens occisiones fieri. Necemini oportet interficere haereticos: quia si eos occideritis, necesse est multos sanctorū simul subuertere. ergo videtur quod paratione nec alij infideles sunt ad fidem cogendi.

¶ 2. Præter. In Decretis distinctione 45. sic dicit. De Iudeis præcepit, sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. ergo pari ratione nec alij infideles sunt ad fidem cogendi.

¶ 3. Præter. Augustinus dicit, quod cetera potest hō nolens, credere verō nō nisi volens: sed voluntas cogi nō potest. ergo videtur quod infideles non sint ad fidem cogendi.

¶ 4. Præter. Ezechiel. 18. dicitur ex persona Dei. Nolo mortem peccatoris, &c. sed nos debemus volumus tatem nostram conformare diuinam, ut supra dicitur, est. ergo etiam nos non debemus velle, quod infideles occidantur.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Luca 14. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea: sed homines in domum Dei, id est, in sanctam Ecclesiam intrant per fidem: ergo aliqui sunt compellendi ad fidem.

R E S P O N D. Dicendum, quod infidelium quidam sunt, qui nūquam susceperunt fidem, sicut Gentiles, & Iudaei: & tales nullo modo sunt ad fidem compellendi, ut ipsi credant, quia credere voluntatis est: sunt tamen compellendi a fidelibus, si adsit facultas, ut fidem non impediant vel blasphemis, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus: Et propter hoc fideles Christi frequenter contra infideles bellum mouent, non quidem ut eos ad credendum cogant: quia si et eos vicissent, & captiuos haberent, in eorum libertate relinquerent, an credere vellent: sed propter hoc, ut eos compellat, ne fidem Christi impediant. Alii verō sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut haeretici, & quandoque apostata: & tales sunt etiam corporaliter compellendi, ut impliant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod per illam auctoritatem qui dam intellexerunt esse prohibita

A nō quidem excommunicationem haereticorum, sed eorum occisionem, ut patet per auctoritatem Chrysofostomi. Et Augustinus * ad Vincentium de se dicit. Hęc primitus mea sententia erat, neminē ad unitatem Christi esse cogendū, verbo esse agendū, disputatione pugnandū. Sed hęc opinio mea non contradicentium verbis, sed demōstrantium superatur exemplis. Legum enim terror ita profuit, ut multi dicant: Gratijs Domino, qui vincula nostra dirupit. Quod ergo Dominus dicit: Sinite vtrāq; crescere vsque ad messem, qualiter intelligendum sit, apparet ex hoc, quod subiūdit. Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Vbi factis ostendit, sicut Augustinus * dicit contra epistolam Parmeniani, Cū metus iste non subest, id est, quando ita cuiusque crimen notū est omnibus, & execrabile apparet, ut nullos profuros, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplina.

A D S E C U N D U M dicendum, quod Iudaei, si nullo modo acciperent fidem, nullo modo sunt cogendi ad fidem. Si autem acciperent fidem, oportet ut fidem necessitate cogantur retinere, sicut eodem capitulo * dicitur.

A D T E R T I U M dicendum, quod sicut voluerit est voluntatis, reddere autem necessitatis: ita accipere fidem est voluntatis, sed tenere eam acceptam est necessitatis. Et ideo haeretici sunt compellendi, ut fidem teneant. Dicit enim Augustinus * ad Bonifacium Comitē. Vbi est quod isti clamare consueverunt, liberum esse credere, uel non credere: cui uero Christus intulit, agnoscant in Paulo prius * cognoscentem, & Christi postea docentem.

A D Q U A R T U M dicendum, quod sicut in eadē epistola * Augustinus dicit. Nullus nostrum vult aliquem haeticum perire: Sed aliter non meruit habere pacem domus David, nisi Absalon filius eius in bello, quod contra patrem gerebat, fuisset extinctus: sic Ecclesia catholica si ex aliquorum perditione ceteros colligit, dolorem materni sanāt cordis, tantorum liberatione populorum.

ARTICVLVS IX.

Vtrū cū infidelibus possit communicari.

A D P R I M U M sic proceditur. Videtur, quod cum infidelibus possit comunicari. Dicitur. Apo-

laudatur princeps de intentione. multa enim mala intentione bona fiunt.

¶ Ad secundum uero dicitur, quod maius malū uidetur infideliter viuere occulte post suscepta fidei sacramenta, quod libere infideliter uiuere: quia euatur contumelia sacramentorum. Et nihilominus ad hoc, & tertij unica responsione dicitur, quod non sunt faciēda mala, ut uentiant bona, ut dicitur Ro. 3. & multominus ut teniat minus malū. Vnde non est tanta inferenda contumelia sacramētis, ut filij in 3. & 4. progrediantur saluentur, quāuis de facto timendū esset probabiliter de opposito: quia patres facti in fide, similes sibi filios nutritē: natura le siquidem hoc est.

¶ In eodem art. 8. cōsidera diligenter causam iustā belli contra infideles, & compulsionis eorū, ne. I. fidē Iesu Christi impediant aliquo trū modo, uel blasphemis, dicēdo mala de Christo Iesu, aut sanctis eius, aut Ecclesia eius: uel per uasionibus, inducēdo nostros ad infidelitatem: uel per secessionibus, sui in communi, ut quod die uidemus Turcas inuadere Christiani, nominis gentes: uel in particulari, si Christianos, aut prædicatores fidei occidant. Et fabrica super illam, quoniam ad impedimēta fidei spectat, quod non fuerunt in terris suis prædicationem publicam fidei, quod premiant abnegantes Christum, & accēdēt ad eorum fidē, & alia huiusmodi.

Ex hac quippe radice multae quaestiones soluantur.

¶ Super Quaestione decima Articulum nonum.

In art. 9. eiusdem quaest. aduerte distinctionem de iudicio spirituali, uel temporalis circa infideles. Et scito, quod non est sermo de spirituali, uel temporalis, sed quod ad culpam, sed quod ad penam. Nam pro culpis spiritualibus puniri possunt, ut

Ep. 48. post medium secundum folij a principio epi. tom. 3.

Il. s. cap. aliquantulum a medio. to. 7

Cap. citate in arg.

Epist. 50. nō multum ante medium, tom. 2.

* cogentem

Epist. 50. a medio aliquantulum, tom. 2.

4. dist. 9. q. 4. art. 3. cor. Et dist. 9. q. 2. art. 1. q. 1. Et quod. 10. art. 15. Et 1. Corin. 5.

* Homi. 1. ad Hebræos de doctrina qd sine. 1. 4.

ut in sequenti articulo de infidelitatis punitione dicitur: & dictum est in præcedenti, quod pro blasphemiis, & dissensionibus, & impedimentis fidei possunt compelli &c. Sed poena spiritualis in infidelibus, qui oino foris sunt, utpote nec fores Ecclesie per baptismum ingressi, non exercetur, sed temporales. Et licet Ecclesia, ut inferius dicitur, possit punire temporaliter etiam infideles, qui non delinquunt commorando iter fideles, ut patet ex dictis, quod scilicet propter impedimenta fidei possunt infideles compelli, & de bellari, non tamen excepto belli iudicio facit hoc nisi in casu in litera exposito, scilicet, cum delinquit commorantes inter fideles. Et propterea hæc uerba author dixit in corpore, & in responsione ad fm.

* Leuit. 19. super illud: Omnis qui tetigerit. Glo. origina. 21a.

stolus 1. ad Corinth. 10. Si quis vocat vos infidelium ad cenam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate. Et Chryost. * dicit. Ad mensam Paganorum si volueris ire, sine vlla prohibitione permittimus: sed ad cenam alicuius ire est ei communicare. ergo infidelibus licet communicare.

¶ 2 Præter. Apostolus dicit 1. ad Corinth. 5. Quid mihi est de his, qui foris sunt, iudicare? foris autem sunt infidelis. Cum ergo per iudicium Ecclesie aliquorum communio fidelibus inhibeat, videtur quod non sit inhihendū fidelibus cum infidelibus communicare.

¶ 3 Præter. Dominus non potest uti seruo, nisi ei communicando saltem verbo, quia dominus mouet seruum per imperium: sed Christiani possunt habere seruos infideles, vel Iudæos, vel etiam Paganos, sive Saracenos. ergo possunt licite cum eis communicare.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 7. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis eorum, neque sociabis cum eis connubia. Et super illud Leuit. 15. Mulier, quæ redeunte mensē &c. * dicit gloss. Sic oportet ab idolatria continere, vt nec idolatras, nec eorum discipulos contingamus, nec cum eis communionem habeamus.

RESPON. Dicendum, quod communio alicuius personæ interdicitur fidelibus dupliciter. Vno modo in poenam illius, cui communio fidelium subtrahitur. Alio modo ad cautelam eorum, quibus interdicitur, ne alii communicent. & vtraque causa ex verbis Apostoli accipi potest, 1. ad Corinth. 5. Nam postquam sententiā excommunicationis protulit, subdit pro ratione. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Et postea rationē subdit ex parte poenæ per iudicium Ecclesie illata, cum dicit. Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? Primo ergo modo non interdicit Ecclesia fidelibus communionem infidelium, qui nullo modo fidē Christianā receperunt, scilicet Paganorum, vel Iudæorum: quia non habent de eis iudicare spirituali iudicio, sed temporaliter in casu, cum inter Christianos commorantes, aliquam culpam committunt, & per fideles temporaliter puniuntur. Sed isto modo, scilicet, in poenā interdicit Ecclesia fidelibus communionem illorum infidelium, qui a fide suscepta deuiant vel corruptendo fidem, sicut hæretici: vel etiā totaliter a fide recedendo, sicut apostata. In vtroque enim horum excommunicationis sententiā profert Ecclesia. Sed quantum ad secundū modum, videtur esse distinguendū secundū diuersas condiciones personarum, & negotiorum, & temporum. Si n. aliqui fuerint firmi in fide, ita qd ex communione eorum cum infidelibus conuersio infidelium magis sperari possit, quam infidelium a fide auersio, non sunt prohibendi infidelibus communicare, qui fidem non iusserunt. s. Paganis, vel Iudæis, & maxime si necessitas urgeat. Si autem sint simplices, & infirmi in fide, de quorum subuersione probabiliter timeri possit, prohibendi sunt ab infidelium communione: & præcipue ne magnam familiarita-

tem cum eis habeant, vel absque

communicent. AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud præcipit de illis gentibus, quæ nunc furi erant Iudæi, qui erant prohi ad idem ideo timendum erat, ne per continuationem cum eis alienarentur a fide: & idem * subditur. Quia seducet filium tuum quatur me.

AD SECUNDUM dicendum, quod infideles non habet iudicium quo ad peccata sua eis infligendam: habet tamen iudicium ad temporalē poenam infligendam, ad quod pertinet, quod Ecclesia propter aliquas speciales culpas subtrahat infidelibus communionem fidelium.

AD TERTIUM dicendum, quod inhumane, quod seruus, qui regitur imperio, conuertatur ad fidem domini fidelis, qui uerbo: & ideo non est prohibitum, quod habeant seruos infideles. Si tamen dominum immineret ex communicatione, deberet eum a se abicere, secundum illud Matth. 18. Si pes tuus scandalizet, abscinde eum, & proice abste.

ARTICVLVS X.

Utrum infideles possint habere prelationem, seu dominium supra fideles.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod infideles possint habere prelationem, vel dominium supra fideles. Dicit n. Apostolus 1. ad Tim. 6. Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos oī honore dignos arbitrent. Et quod loquatur de infidelibus, patet per hoc quod subdit. Qui autē fideles habent dominos, non contemnant. Et 1. Pet. 2. dicitur. Serui subditus estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyabolis: non autem hoc præcipitur per doctrinam apostolicā, nisi infideles possint fidelibus præesse, ergo videtur quod infideles possint fidelibus præesse.

¶ 2 Præter. Quicunq; sunt de familia alicuius principis, subsumunt ei: sed fideles aliqui erant de familia infidelium principum, vñ dicitur ad Phil. 4. Salutant uos oēs sancti, maxime autē qui de Cæsaris domo sunt, scilicet Neronis, q infidelis erat. ergo infideles possint fidelibus præesse.

¶ 3 Præter. Sicut Philosophus dicitur in 1. Polit. Seruus est instrumentum domini in his, quæ ad humanam vitam pertinent, sicut & minister artificis est instrumentum artificis in his, quæ pertinent ad operationem artis: sed in talibus potest infidelis subici. possunt n. fideles infidelium coloni esse, ergo infideles possunt fidelibus præfici, etiam quantum ad dominium.

SED CONTRA est, quod ad eum